



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Spiritualis Thesaurus Missæ

Sánchez, Gaspar

Coloniae Agr[ippinae], 1619

C. 8. De reuere[n]tia quæ sacerdoti debetur, & quibus is intuendus sit oculis, quando ad Missam celebrandam egreditur, & etiam post eam iam celebratam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55223](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55223)

66 SPIRITVALIS
quod tunc pro nobis passus est,
nam idemmet donum est, & i-
dem amor quo datur, idem et-
iam fructus remissionis pecca-
torum, & gratia, si modo dis-
positionis nostræ defectu dari
non desinat.

CAPVT VIII.

DE REVERENTIA QUAE
sacerdoti debetur, & quibus in-
tuendus sit oculis, quando ad Mis-
sam celebrandam egreditur,
& etiam post eam iam
celebratam.

Nolimus hîc de sacerdo-
tali dignitate agere, vt-
pote quæ ad eò magna est
vt nulla eâ sit maior in terris
sed

THESAURVS MISSAE. 67

sed breuiter tantum proponere, quo sacerdotē oculo intueri debeamus dum ad celebrandum exit: utpote, qui non in sua, sed in Christi Iesu persona sacrum hoc celebrat mysterium, ac proinde ijs eū videre oportet oculis, quibus Iesum Christū vidissemus, dum ad passionem, & se ipsum in sacrificium pro nobis omnibus Deo Patri suo offerendum properabat. Cōsideremus ergo quā ipse sit Christo Domino, quantū ad Mediatoris inter Deum & homines officium, similis, cum conceptam Dei aduersus homines iram placaturus exeat, eumque illis reconciliaturus, oblatorus hanc

F 4 ob rem

obrem non orationes modò,
sed ipsummet crucis sacrificiũ
idque incruentum, nihil vt in
eo Christus patiatur, vti suprà
suo dictum est loco. Confidere-
mus quoque, quàm Christo sit
in potestate par, cum suis id ver-
bis facere possit, quod iisdẽ fe-
cit Christus, ipsum scilicet è ca-
lo in terram deuocare, panem
in corpus, & vinum in pretio-
sum eiusdem sanguinem con-
uertendo: item, quod per ex-
cellentiam de Iesu Christi per-
sona Ioannes Euangelista scri-
psit Ioan. 13. omnia scilicet illi
patrem in manus dedisse, in sa-
cerdotem id quadrare; nã cum
suis ipse manibus Christum
Iesum

THESAURVS MISSAE. 69

Iesum tenet, nihil amplius cæ-
lo terraque est quod teneat: i-
tem, quod suis Deum incarna-
tum visceribus recipiat, non se-
cus atque sacratissima Virgo
incarnationis eiusdem die, suo
eum utero recepit: item quod
eum quodammodo (vti pannis
olim Virgo) sic ipse accidenti-
bus inuoluat & cooperiat: quod
suis eum, velut alter Simeon,
brachijs constringat, & magis
intimè eum quàm Zachæus do-
mo sua excipiat. Intueamur de-
nique sacerdotem, velut docto-
rem & magistrum, cum Christi
ipsius nomine, ex ore eius Euan-
gelium audituri simus, quo cæ-
lestis doctrina includitur. Post-
quam

quam verò iam sacrum celebra-
uit; quòd suis Christum Domi-
num visceribus iam contineat,
æquum est reuerentiam illi, nõ
secus ac hierothecæ qua sanctis-
simum Eucharistiæ Sacramen-
tum continetur, exhibere, fidei
oculis illum intuendo Domi-
num, qui eius corpori includi-
tur. Hæc porro erga sacerdo-
tem reuerentia crescet, si cogi-
tauerimus in anima illum sua
ordinis sacri esse caractere in-
signitum, & exteriùs etiam ma-
nus sacro Chrismate inunctas
habere, eâdem super eas conse-
cratione prolatâ, qua sacri
calices consecran-
tur.